DR. WM. SMITH'S

FRENCH, GERMAN, ITALIAN, & GREEK COURSE.

FRENCH COURSE.

**French Principia, Part I.** A First French Course; containing Grammar, Delectus, Exercises, and Vocabularies, with materials for French Conversation, &c. 12mo. 3s. 6d.

**Appendix to French Principia, Part I.** Containing Additional Exercises, with Examination Papers. 12mo. 2s. 6d.

**French Principia, Part II.** A Reading Book; containing Fables, Stories, and Anecdotes, Natural History, and Scenes from the History of France. With Grammatical Questions, Notes, and Copious Etymological Dictionary. 12mo. 4s. 6d.

**French Principia, Part III.** French Prose Composition; containing a Systematic Course of Exercises on the Syntax, with the Principal Rules of Syntax. 12mo. [*Nearly ready.*

**The Student's Practical and Historical Grammar of the French** Language. By CHARLES HERON-WALL. With an Introduction, by M. LITTRÉ. Post 8vo. 6s.

**A Smaller French Grammar.** Abridged from the above. 12mo. 3s. 6d.

GERMAN COURSE.

**German Principia, Part I.** A First German Course; containing a Grammar, Delectus, Exercise Book, and Vocabularies, with materials for German Conversation. 12mo. 3s. 6d.

**German Principia, Part II.** A Reading Book; containing Fables, Stories, and Anecdotes, Natural History, and Scenes from the History of Germany. With Grammatical Questions, Notes, and Dictionary. 12mo. 3s. 6d.

**Practical German Grammar.** With a Sketch of the Historical Development of the Language and its Principal Dialects. Post 8vo. 3s. 6d.

ITALIAN COURSE.

**Italian Principia, Part I.** A First Italian Course. Containing a Grammar, Delectus, Exercise Book, with Vocabularies and Materials for Italian Conversation. By SIGNOR RICCI. 12mo. 3s. 6d

**Italian Principia, Part II.** A First Italian Reading-Book. Containing Fables, Anecdotes, History, and Passages from the best Italian Authors, with Grammatical Questions, Notes, and a Copious Etymological Dictionary. By SIGNOR RICCI. 12mo. 3s. 6d.

GREEK COURSE.

**Initia Græca, Part I.** A First Greek Course; containing Grammar, Delectus, Exercise Book, and Vocabularies. 12mo. 3s. 6d.

**Appendix to Initia Græca, Part I.** Being Additional Exercises, with Examination Papers. 12mo. 2s. 6d.

**Initia Græca, Part II.** A Reading Book; containing short Tales, Anecdotes, Fables, Mythology, and Grecian History. With a Lexicon. 12mo. 3s. 6d.

**Initia Græca, Part III.** Prose Composition; containing the Rules of Syntax with copious Examples and Exercises. 12mo. 3s. 6d.

**The Student's Greek Grammar.** By Professor CURTIUS. Edited by WM. SMITH, D.C.L. Post 8vo. 6s.

**A Smaller Greek Grammar.** Abridged from the above work. 12mo. 3s. 6d.

**The Greek Accidence.** Extracted from the above work. 12mo. 2s. 6d.

**Plato.** The Apology of Socrates, the Crito, and Part of the Phaedo; with Notes and Introductions. 12mo. 3s. 6d.

*** *Detailed Catalogues sent by post on application.*

JOHN MURRAY, ALBEMARLE STREET.



# KEY

TO THE EXERCISES IN THE

# APPENDIX

TO

# PRINCIPIA LATINA, PART I.

BY REV. C. R. BARKER, M.A.

*This Key is entrusted confidentially to*

..................................................

..................................................

*being intended for Schoolmasters, Tutors, and Instructors only.*

LONDON:
JOHN MURRAY, ALBEMARLE STREET.
1881.

*Price Sixpence.*

# KEY

TO THE

# APPENDIX

TO

# PRINCIPIA LATINA, Part I.

### Exercise I.

A.—1. Insulae vaccas habent. 2. Puellae vaccam vocant. 3. Femina filias vocat. 4. Reginae pecuniam amant. 5. Aquilae columbas edunt. 6. Regina pecuniam amat. 7. Mensae uvas habent. 8. Feminae rident. 9. Vinea uvas habet. 10. Vaccae herbam edunt.

B.—1. Regina justitiam amat. 2. Feminae non avaritiam amant. 3. Filia pecuniam capit. 4. Regina coronam capit. 5. Columbae aquilas non amant. 6. Vineae uvas habent. 7. Puella rosas amat. 8. Vaccae non uvas edunt. 9. Insulae herbam habent. 10. Filia vaccas vocat.

### Exercise II.

A.—1. Nautae sunt incolae Italiae. 2. Avaritia est causa pugnae. 3. Britannia est patria justitiae. 4. Vinea est gloria Italiae. 5. Sicilia est insula. 6. Reginae sunt gloria patriae. 7. Pecunia agricolarum est causa inimicitiae. 8. Vita reginae est gloria incolarum. 9. Uvae sunt gloria insulae. 10. Orae insulae vineas habent.

B.—1. Vineae insularum uvas habent. 2. Agricolae Italiae vineas habent. 3. Nautae Britanniae patriam amant. 4. Poetae Graeciae coronam gloriae habent. 5. Filia reginae incolas insulae vocat. 6. Incolae Britanniae nautas amant. 7. Puellae coronas rosarum habent. 8. Vita justitiae est gloria reginae. 9. Poeta oras Italiae amat. 10. Vineae agricolarum sunt causa inimicitiae.

### Exercise III.

A.—1. Inimicus ridet. 2. Inimici rident. 3. Filii calceos habent. 4. Ulmus ramos habet. 5. Inimicus gladium amat. 6. Servi barbas habent. 7. Avus servos vocat. 8. Avi pecuniam habent. 9. Ripae Rhodani ulmos habent. 10. Amicus gladium capit.

B.—1. Hortus amici ulmum habet. 2. Filius servi magistrum vocat. 3. Avus filios amici amat. 4. Avi ripas fluviorum amant. 5. Gladius est inimicus amicitiae. 6. Incolae Romae togas habent. 7. Ripae Rheni umbram ulmorum habent. 8. Filii amici togam habent. 9. Filii servi magistrum vocant. 10. Pecunia est amicus avaritiae.

### Exercise IV.

1. Alexander gloriam incolis Macedoniae dat. 2. Ministri Alexandri gladium inimico dant. 3. Puer librum filio nautae dat. 4. Aper umbram ulmorum amat. 5. Ripae Indi cibum inimicis Alexandri dant. 6. Apri Italiae umbram vinearum amant. 7. Magister libros filiis Alexandri dat. 8. Horti Italiae ulmos et rosas habent. 9. Macedonia est patria Alexandri. 10. Agri et horti Italiae umbram filiis agricolae dant.



### Exercise V.

1. Jurgia Romanorum sunt causa pugnae. 2. Verba pueri sunt causa jurgii. 3. Pensum discipulorum praemium habet. 4. Capri saxa insularum amant. 5. Avaritia nautae argentum et aurum amat. 6. Bella Alexandri incolis Macedoniae gaudium dant. 7. Saxa Italiae capros habent. 8. Vineae Italiae gaudium agricolis dant. 9. Metalla jurgii causa sunt. 10. Alexander argentum et aurum incolis Macedoniae dat.

### Exercise VI.

A.—1. Rami sunt longi. 2. Folium est latum. 3. Folia sunt longa. 4. Pensum est magnum. 5. Pueri sunt pallidi. 6. Jurgia sunt noxia. 7. Caper est corniger. 8. Capri sunt cornigeri. 9. Vacca est sacra. 10. Justitia est cara.

B.—1. Tauri armenti feri sunt. 2. Armentum feros tauros habet. 3. Verba servorum falsa sunt. 4. Ager angustum sulcum habet. 5. Saxa Macedoniae dura sunt. 6. Filius Alexandri pensum durum habet. 7. Italia fecundas vineas habet. 8. Uvae vineae sunt gratae. 9. Caper alta saxa amat. 10. Aper Italiae ferus est.

C.—1. Agricolae cornigeros tauros habent. 2. Barbae nautarum longae sunt. 3. Deus bona Britanniae dat. 4. Filii Romanorum togas candidas habent. 5. Folia altae ulmi gratam umbram dant. 6. Aper Siciliae densam umbram ulmi amat. 7. Magna armenta cibum incolis Britanniae dant. 8. Vitia malorum multa sunt. 9. Mali multa vitia habent. 10. Longae barbae avorum albae sunt.

### Exercise VII.

1. Verba judicis severa sunt. 2. Jurgia ducum sunt noxia urbibus. 3. Corvus est raucus. 4. Armenta Romuli sunt nigra. 5. Aper cervicem firmam habet. 6. Barba judicis longa est. 7. Falx agricolae curva est. 8. Garrula cornix sulcos amat. 9. Hiems est severa. 10. Pax est incolis Macedoniae jucunda.

### Exercise VIII.

A.—1. Natura herbam terrae dat. 2. Heres filium lapide occidit. 3. Garrulae cornices aestate gratae sunt. 4. Milites Alexandri sicarium hastis occidunt. 5. Pensa discipulorum aestate molesta sunt. 6. Pater filiabus dotem dat. 7. Incolae reginam sicis occidunt. 8. Umbra vineae capris grata est. 9. Apri paludes amant. 10. Dominus mercedem magnam militibus dat.

B.—1. Auctumno poma matura sunt. 2. Agricola auctumno uvas capit. 3. Pueri aestate pensa non amant. 4. Jurgia militum magna sunt. 5. Duces militum exemplum malum dant. 6. Arces urbium sunt equitibus molestae. 7. Auctumno folia ulmi pulcra sunt. 8. Heredis voluntas lex servis est. 9. Sicarii regem patriae gladiis occidunt. 10. Mors est lex naturae.

### Exercise IX.

A.—1. Varii odores florum grati sunt. 2. Arx carcerem firmum habet. 3. Anseres longas cervices habent. 4. Pastor agricolas vocat. 5. Flores aestate grati sunt. 6. Clamor sicarii saevus erat. 7. Munimenta castrorum firma sunt. 8. Avaritia victoris est noxia civitati. 9. Scuta Romanorum sunt praeda victoris. 10. Scutum militis est praeda ducis.

B.—1. Olores et anseres longas cervices habent. 2. Deus aestatem et hiemem terrae dat. 3. Dei voluntas justitiam habet. 4. Romani civitatem victoribus dant. 5. Hortus varia poma et varios flores habet. 6. Miles scutum ducis custodibus templi dat. 7. Venator mortem apris dat. 8. Tauri cornigeri sunt praeda victoris. 9. Romulus severas leges incolis Romae dat. 10. Alexander militibus totam praedam castrorum dat.

### Exercise X.

A.—1. Pavo ales sacer erat. 2. Avaritia oratoris est magna. 3. Fossae castrorum sunt altae. 4. Natura est lex hominibus. 5. Pastor magistrum benignum habet. 6. Servi agricolae ligones habent. 7. Pavo splendidas pennas habet. 8. Consuetudo

est lex altera hominibus. 9. Praedones magnam vigilantiam habent. 10. Sermones ducis docti erant.

B.—1. Praedo praedam templi capit. 2. Homines justitiam certam amant. 3. Pensum virginis molestum est. 4. Frater oratoris filiam praedonis amat. 5. Templum Junoni est sacrum. 6. Colores pavonum splendidi sunt. 7. Victor leonis magnam mercedem habet. 8. Amicitia multitudinis oratori cara (*or* grata) est. 9. Pavo calorem solis amat. 10. Bellum varia pericula hominibus dat.

### Exercise XI.

A.—1. Collis est altus. 2. Rumor falsus est. 3. Hieme nix est alta. 4. Turres carceris validae sunt. 5. Vestis virginis est candida. 6. Venator casses validos habet. 7. Valles sunt notae praedonibus. 8. Naves funes validos habent. 9. Olor niger rarus est. 10. Cives Romani togas habent.

B.—1. Funes navium Romanarum validi sunt. 2. Nix vallium angustarum alta est. 3. Vestes civium Romanorum candidae sunt. 4. Sitis Romani magna erat. 5. Venatores vallium casses validos habent. 6. Classis hostis (*or* hostium) ducem peritum habet. 7. Collis altas turres et munimenta habet. 8. Alites saxa collium altorum amant. 9. Anseres paludes vallium amant. 10. Classis hostium (*or* hostis) naves multas et ducem clarum habet.

### Exercise XII.

A.—1. Nauta sidera coeli amat. 2. Litus totius maris est arenosum. 3. Ebur elephantorum pretiosum est. 4. Hiems tempus laboris est. 5. Totum litus maris arenosum est. 6. Cicero nomen urbi dat. 7. Cicero erat magnus orator Romae. 8. Ira animalium ferorum magna est. 9. Retia nautarum pisces habent. 10. Casses venatoris varia animalia habent.

B.—1. Annus aestatem et hiemem, frigus et calorem habet. 2. Pericula maris varia sunt. 3. Balaena caput magnum et corpus magnum habet. 4. Tempore antiquo Carthago urbs pulcra erat. 5. Piscator pisces maris retibus capit. 6. Ira elephantorum venatori noxia est. 7. Scelus sicarii erat notum judici perito. 8. Scelera praedonum opus judici dant. 9. Nauta animal longa hasta occidit. 10. Ovile boni pastoris multas oves habet.

### Exercise XIII.

A.—1. Vita humana brevis est. 2. Consilia opificis praestantia sunt. 3. Sagittae venatoris celeres sunt. 4. Arma furis levia sunt. 5. Valles praestantes vias habent. 6. Omnis pastor ovile habet. 7. Pulvis viae levis est. 8. Pastor fidelis oves vocat. 9. Labor amicitiae facilis est. 10. Pensa puerorum difficilia sunt.

B.—1. Omnia carmina puerorum dulcia sunt. 2. Carmina puerorum magnam voluptatem omnibus dant. 3. Consilia audacia sicarii periculum ingens habent. 4. Frater fidelis sicam acutam habet. 5. Pensa levia puellae gratum praemium habent. 6. Militem audacem celeri sagitta occidit. 7. Carmine dulci pastor omnibus comitibus voluptatem dat. 8. Acres oculi aquilae sunt utiles. 9. Ira multitudinis oratori non leve periculum est. 10. Vetera vina heredis pretiosa sunt.

### Exercise XIV.

A.—1. Ortus solis splendidus est. 2. Folia quercus viridia sunt. 3. Arcus venatoris curvus est. 4. Puer arcum et sagittas amat. 5. Colores arcus coelestis magnifici sunt. 6. Nauta portus patriae amat. 7. Verba versibus carminis dat. 8. Deus hominibus visum et auditum dat. 9. Magistratus aures justitiae habent. 10. Manus furis vulnus magistratui dant.

B.—1 Deus pulcros colores arcui coelesti dat. 2. Nox exercitui securam quietem dat. 3. Manus magistratuum praemia dant. 4. Furor fluctuum periculum navibus dat. 5. Deus laborem manibus humanis dat. 6. Fructus fici est omnibus jucundus. 7. Cervi et tauri cornua habent. 8. Taurus cervum cornu occidit. 9. Cervi canes cornibus occidunt. 10. Viridia folia quercus pulcra sunt.



### Exercise XV.

A.—1. Series dierum infinita est. 2. Glacies fluvii clara est. 3. Calor meridiei molestus est. 4. Fides canis est admirabilis. 5. Duces spem victoriae habent. 6. Mors est domina omnium rerum. 7. Omnes res Creatoris sunt admirabiles. 8. Creator omnium rerum bonus est. 9. Spes victoriae jucunda est. 10. Servus segnitiem amat.

B.—1. Pulcra facies non est fidei signum. 2. Dies festi puero spem voluptatis dant. 3. Glacies et frigus sunt signa hiemis. 4. Nauta otium in portu amat. 5. Meridies fervidus otium militibus dat. 6. Segnities equitatus spem parvam regi dat. 7. Glacies fluvii est severae hiemis signum. 8. Otium dierum festorum est hominibus gratum. 9. Fides servi in coelo nota erat. 10. Falsa facies non voluptatem magistro dat.

### Exercise XVI.

A.—1. Domus argenti est plena. 2. Oves et boves non canes amant. 3. Jupiter senem fulmine occidit. 4. Homines gramen bobus (*or* bubus) dant. 5. Otium senis dulce est. 6. Deus vires juveni dat. 7. Strix non solem amat. 8. Jusjurandum juvenum sanctum est. 9. Gallia est plena civium Romanorum. 10. Senes divitias heredibus dant.

B.—1. Senum conscientia sancta est. 2. Senes (*or* senum) pauci magnas vires habent. 3. Juvenes cibum subus (*or* suibus) et bobus (*or* bubus) dant. 4. Jusjurandum vim sanctam habet. 5. Garrulae striges tenebras noctis amant. 6. Divitiae senum sunt in domibus heredis. 7. Juvenis lampada (*or* -em) virgini dat. 8. Fulmina Jovis mortales (homines) occidunt. 9. Funera mortalium doloris plena sunt. 10. Justitia deum (*or* -orum) immortalium certa erat.

### Exercise XVII.

1. Alius divitias, alius honorem amat. 2. Rex alteri honorem, alteri divitias dat. 3. Alii sunt nautae, alii agricolae. 4. Respublica Romana totius orbis terrarum domina erat. 5. Deus est dominus totius mundi. 6. Reus laudem judici uni dat. 7. Neutra (femina) ullam culpam habet. 8. Judex culpam utrique dat. 9. Cives Romani totum orbem terrarum habent. 10. Judex nullam culpam reis dat.

### Exercise XVIII.

A.—1. Senex est debilior quam juvenis. 2. Nobilissimi non semper sunt doctissimi. 3. Utilissimum non semper est pulcherrimum. 4. Templum Dei sanctissimum est. 5. Montes sunt altiores quam colles. 6. Nihil est rarius quam sapientia. 7. Simulatio fidei est improbissima. 8. Aper est hortis perniciosissimus. 9. Omnium alitum pavo est pulcherrimus. 10. Corvi sunt nigriores quam cornices.

B.—1. Agricolis oves sunt utiliores quam sues. 2. Virtus est optima rerum. 3. Pensa aestate difficiliora sunt quam hieme. 4. Crura alitis gracillima sunt. 5. Opinio feminae est mobilior quam (opinio) viri. 6. Vulpes animal astutissimum est. 7. Opinio multitudinis mobilissima est. 8. Stultitia hominum maxima est. 9. Nihil in coelo pulcrius est quam sol. 10. Minima vitia saepe culpam maximam habent.

C.—1. Bona valetudo melior est quam maximae divitiae. 2. Nullum animal homini similius est quam simia. 3. Pensa puerorum facilia sunt, et pensa hominum difficillima sunt. 4. Plures sunt pauperrimi quam ditissimi. 5. Filii juniores sunt pauperiores quam seniores. 6. Res nequissimae saepe molestissimae sunt. 7. Plurimi poetae carmina longiora habent, pauci majorem honorem (habent) quam Horatius. 8. Simiae hominibus simillimae sunt. 9. Hora mortis meae maxime dubia est. 10. Itinera hominum sunt maxime varia.

### First General Exercise.

1. Calor solis major est aestate quam hieme. 2. Ingentes balaenae pelagus, non litoris pericula amant. 3. Alius dulce otium dierum festorum, alius opera utilium laborum amat. 4. Duo pueri erant; alter ditissimi (hominis), alter pauperrimi erat

filius. 5. Neuter (*sc.* pater) patrum filiabus suis ullam dotem dat. 6. Difficillimo tempore anni exercitus in castris est. 7. In omnibus regionibus consuetudines hominum maxime variae sunt, et semper alii sunt optimi, (et) alii pessimi. 8. O Mercuri, Jovis fili, templum tuum est donorum plenum. 9. Proxima (or postera) nocte senes bobus (*or* bubus) et equabus agricolae virus dant. 10. Totis viribus alter miles corpus alterius capit.

### Exercise XIX.

A.—1. Dux exercitum quattuor millium trecentorum hominum habet. 2. Tria capita Cerberi sex oculos habent. 3. Briareus quingentos digitos in manibus centum habet. 4. Homo duas manus habet, sinistram et dextram. 5. Nomina novem Musarum varia erant. 6. Milites quadringentos viros et quadraginta feminas occidunt. 7. Seculum centum annos habet. 8. Duo consules laudem tribus legionibus dant. 9. Duobus consulibus legiones dat. 10. Homo duo brachia, duas manus, decem digitos habet.

B.—1. Navis duodevicesima tuta erat. 2. Martius est mensis anni tertius. 3. November est anni undecimus mensis. 4. Anno trigesimo bellum finitum erat. 5. Castra secunda (*or* altera) septingentos quinquaginta homines habent. 6. Legio sexta decima ducem fortem habet. 7. Centuria erat sexagesima pars legionis. 8. Cohors erat decima pars legionis Romanae. 9. Arbor viginti tria (*or* tria et viginti) pira habet. 10. Annus quinquagesimus est finitus.

C.—1. Milites ternos (*or* trinos) homines (*or* viros) occidunt. 2. Septies quaterna sunt duodetriginta. 3. Undevicies bina sunt duodequadraginta. 4. Nostri pueri sunt novenûm et denûm annorum. 5. Columbae bina ova habent. 6. Milites octogena septena jugera habent. 7. Homines binas manus, et denos digitos habent. 8. Quaterna castra in planitie sunt. 9. Bis treceni homines sunt sexcenti. 10. Aliae silvae plures quam dena millia arborum, aliae plures quam decies centena millia habent.

### Exercise XX.

A.—1. Adolescens ero beatus, si puer bonus fuero. 2. Omnes tristes sumus. 3. Injustissimi eratis. 4. Saucius erit plenus doloris. 5. Aegroti fuerunt. 6. Si homines probi fuerint, divites erunt. 7. Si aegrotus fueris, valetudo tua carior erit. 8. Saucii fuerant, sed valetudo (*or* v. autem) nunc est bona. 9. O pueri, beatissimi eritis si fueritis boni et probi. 10. Improbi fuistis, vestra erit (*or* esto) culpa.

B.—1. Cives liberi sunto. 2. Semper este justi, judices. 3. Sors mea beata sit. 4. Ignavia sicarii judici nota sit. 5. Arma nostra sint felicia. 6. Sors vestra beata fuit, divites et liberi fuistis. 7. Magnum est periculum; dux prudens esto. 8. Iter difficile erit, comites nostri fidelissimi sunto. 9. Si vos (tu) saucii fuistis (*or* saucius fuisti), nos tristes erimus. 10. Injustus fuit, nunc probus est.

### Exercise XXI.

A.—1. Multis et variis periculis superfuit. 2. Sol omnibus plantis et omnibus animalibus prodest. 3. Toti oppido praeerat (*or* praefuit). 4. Apes industriae floribus prosunt. 5. Seni memoria deest. 6. Lupi ovili pastoris obfuerunt. 7. Civitati (*or* reipublicae) defuerunt. 8. Non patris (mei) inimico adero. 9. Adulatio non veris amicis inest. 10. Justitia judicibus deerat.

B.—1. Amor veritatis et justitiae semper hominibus infuit (*or* adfuit). 2. In Gallia et Britannia Druides omnibus (hominibus) praeerant. 3. Pater tuus meo filio profuit, ego non tuis liberis obero. 4. Multis periculis interfuerat et virtus omnibus nota erat (*or* fuit). 5. Semper verae virtuti adsim. 6. Semper inimicis (vestris) prodestote. 7. Auxilium omnibus injustis desit. 8. Veritate nunquam ullis oberitis. 9. Plurimis periculis superfui. 10. Turpes cupiditates absint (*or* desint) animo tuo, (mi) carissime amice.

### Exercise XXII.

A.—1. Nos infelices fuimus, vos felices fuistis. 2. Vos nunquam (vestrae) patriae proderitis. 3. Si vos mihi aderitis, ego vobis adero. 4. O (tu) infelix! (tu) semper vitiorum aliorum hominum es memor. 5. Mei liberi sunt mihi carissimi. 6. O mors! tu es omnibus nobis communis. 7. Vobis omnibus avaritia desit (*or* absit). 8. O infelices (*or* miseri)! vobis ego prodero. 9. Ego tui memor sum, tu mei (es memor). 10. (Is) totam laudem tibi soli dat.



B.—1. Graeci magnum numerum servorum habent, sors eorum miserrima est. 2. Servi miseri (*or* infelices) sunt, sors eorum est infelix (*or* misera). 3. Praedo non mihi soli (*or* uni) molestus est, sed sibi et (suae) patriae. 4. Ego non reipublicae, sed mihi obsum. 5. Ii sibi prosunt. 6. Filii servi non eum sed se amant. 7. Filius infelix suo patri vulnus dat et eum occidit. 8. Fratres voluptatem (suo) patri et sibi dant. 9. Piscator pisces sorori suae et amicis ejus dat. 10. Pater filio suo et comiti ejus donum dat.

### Exercise XXIII.

1. Haec saxa asperrima sunt. 2. Illae domus maximae sunt. 3. (Tu) illis non his viris prodes. 4. Vestes harum virginum candidae sunt. 5. Istis manibus illis viris obfuisti (*or* obfuistis). 6. Fructus hujus arboris dulcis est, sed fructus istarum arborum crudus est. 7. Ille (homo) hoc pulcrum scutum ei dat, et sibi illam sicam capit. 8. Paupertas sua est causa doloris sibi et illi puero. 9. Britannia et Sicilia sunt duae insulae; haec minor est quam illa. 10. Hic (vir *or* homo) illi puero ista pira dat.

### Exercise XXIV.

A.—1. Eo ipso die ille (suum) filium occidit. 2. Iidem non semper eadem (*or* easdem res) amant. 3. Ille militem occidit et scutum ejus capit. 4. Eodem die posteri anni vir ipse pecuniam capit. 5. Amici ipsi non semper sunt eadem indole praediti. 6. In iisdem regionibus, homines eandem indolem habent. 7. Ego ipse eidem civitati profui. 8. Paupertas ipsa paucos amicos habet. 9. Exsul ipse eundem amorem patriae habet. 10. Eodem tempore, et in iisdem urbibus vos ipsi hominibus iisdem aderamus.

B.—1. Qui sunt illi (homines)? 2. Ii sunt homines fortissimi qui patriae (suae) profuerunt. 3. Quem (*or* quos) sicarius occidit? 4. Is vir nequissimus est, qui proditor patriae est. 5. (Ille) amat eosdem quos pater amat. 6. Quos homines pater noster amat? 7. Pater noster amat eos qui virtute praediti sunt. 8. Id Deo proximum est, quod optimum est. 9. Quid hominibus optimum est? Virtus. 10. Ii ipsi labores, quos nunc d(e)i tibi dant, valetudini (tuae) prosunt.

C.—1. Quid est miserius quam bellum? 2. Qui puer est ille? 3. Cujus (*or* quorum) sunt ea carmina quae pater meus legit? 4. Duces, quibus milites honorem dant, fortissimi sunt. 5. Quibus virtutibus est iste praeditus? 6. Pueri, qui magistro voluptatem dant, maxime industrii sunt. 7. Illi sunt mariti mulierum (*or* feminarum) earum quibus (vos) profuistis (*or* proderatis). 8. Quo anno (quonam anno) tu exercitui praeeras (*or* praefuisti)? 9. In quibus (hominibus) ille praedo spem habet? 10. Iidem viri, quibus tu in provincia Romana praeeras, nunc reipublicae (civitati) obsunt.

### Second General Exercise.

1. Cujus filius erat Alexander? Filius erat regis prioris Macedoniae. 2. Alii omnibus obsunt, alii et sibi et amicis (suis) prosunt. 3. Nos ipsi saepe carissimi sumus et iis quos amamus et amicis eorum. 4. Duces bina millia peditum et quingenos equites in eadem provincia habent. 5. Die octavo ille duodeviginti milites vocat, et sua manu eos occidit. 6. Poetae, quorum carmina meus pater amat, praestantiores sunt quam ii quos tuus pater amat. 7. Seniores discipuli pensa difficiliora quam juniores habent; sed hi (*or* hi autem) sunt magis industrii quam illi. 8. Consules ipsi istis duabus filiabus prosunt, quarum maritis (*or* viris) (vos) adfuistis (*or* aderatis). 9. Pater meus duas filias habet; altera (earum) ejus memor est, altera sui (ipsius). 10. (Ille) vitam suam liberis dat; quod donum est majus quam vita?

### Exercise XXV.

A.—1. Heredem veneno necat. 2. Servos meos magna voce vocabo. 3. Aras templorum lauro coronabunt. 4. Omnes custodes carceris interrogat. 5. Alii vigilabant,

alii magistrum vocabant, alii pugnabant. 6. Adolescens (*or* juvenis) multas terras peragrat. 7. Ego in alia terra habitabo, tu in hac (terra) habitabis, fratres tui in variis urbibus habitabunt. 8. Multitudo caput poetae lauro coronat (*or* coronant). 9. Lupi in densis silvis ululant. 10. Dum alii totum orbem terrarum peragrant, alii in patria (sua) habitant.

B.—1. Servum castigavit, sed non suos mores emendavit. 2. Consilia nostra mutaveramus, et jam totam provinciam peragrabamus. 3. Medicus iis venenum sua manu dederat. 4. Magnum praemium medico dabo quum filiam (meam) sanaverit. 5. Hostes provinciam vastabant et jam urbem Corinthum expugnaverant. 6. Multitudo templum Jovis intraverunt et nunc aram coronis lauri ornant. 7. Pater ejus (hominis) qui illa splendida aedificia aedificavit, pauperrimus est. 8. Nemo eum amabit qui sibi divitias fraude paraverit. 9. Quum amicos probitate mihi paravero, felix ero. 10. Ille nos omnes interrogavit; alios culpavit, alios laudavit.

C.—1. Pueros vocate, et eos interrogate. 2. Totum orbem terrarum peragrate; non vobis valetudinem meliorem parabitis. 3. Milites jam domos opulentissimorum spoliaverunt; ne domos pauperum spoliate. 4. Ego custodes castrorum vocabo; arma para. 5. Istos servos necate; arma sibi parabunt. 6. Viri pugnanto; feminae (*or* mulieres) arma eorum paranto. 7. In urbe Roma sunt multa monumenta; omnes ejus antiquam gloriam laudanto. 8. Animos (vestros) somno recreate; nos fideli vigilantia vigilabimus. 9. Omnes probitatem laudanto; improbi mores suos emendanto. 10. Praedones domos (*or* domus) spoliant, milites eos oppugnanto.

D.—1. Ille periculum praelii vitat, ut vitam servet. 2. Illos pueros vituperabo ut eos emendem. 3. Milites urbem oppugnabant ut domus nostras et templa deorum (deûm) spoliarent. 4. Aegrotus medicum vocat ut morbum sanet. 5. Pueros vocemus ut eos interrogemus. 6. Nullam veniam pueris dabo, ne vitii (sui) immemores sint. 7. Optabas ut sicam sicarii vitares. 8. Incolae Galliae bellum parabant ut patriam suam servarent. 9. Filios regis servavit ut obsides sint. 10. Hostes collem occupaverunt non ut urbem oppugnarent sed ut vallem vastarent.

E.—1. Non est dubium quin hostes castra spoliaverint. 2. Nemo dubitat quin ille ad te ventitet. 3. Quis dubitavit quin ille suspicionem scelerum suorum mendacio vita(vi)sset. 4. Dies fere nullus erat quin poma pueris daret. 5. Ad me ventitabat ut suspicionem vitaret. 6. Non dubitatis quin vitam obsidum servaturus sit. 7. Nunquam dubium fuit quin (vos) erraveritis. 8. Dux Romanus non dubitavit quin sui milites (*sui* might stand alone) fortiter pugnaturi essent. 9. Dies fere nullus erat quin praedones pecuniam postularent. 10. Quis dubitat quin puer opinionem (sententiam) (suam) mutaturus sit.

F.—1. Ille responsum dare non potest. 2. Pugnare sed non patriam liberare possunt. 3. Caesar hostem fortissime pugnantem superavit. 4. Nemo dubitare potest quin mendacem emendare difficillimum sit. 5. Alexander adventabat agros vastaturus. 6. Oro te ut mihi responsum des. 7. Eum orabam ut discipulo veniam daret. 8. Patriam libera(vi)sse admirabile est. 9. Pater filiae auxilium oranti nullum responsum dedit. 10. Facile est homini curare ut se emendet.

### Exercise XXVI.

A.—1. Omnes urbes delebit. 2. Milites incolas monuerant. 3. Gaudebo quum laudem bonorum (hominum) meruerim. 4. Iste filius sibi nocebit. 5. Puerum heri laudabam; (sed) nunc autem temeritas ejus mihi displicet. 6. Duces heri concionem habebant. 7. Arbores vere florebunt et umbram pastori praebebunt. 8. Praeceptis parete eorum qui vos amant et omnibus placebitis. 9. Ego te saepissime monui; nunc tibi nocuisti. 10. Ne tibi noce (noceas *or* nocueris); mihi pare.

B.—1. Tu mihi parere debes. 2. Me monuit ut (meo) magistro parerem. 3. Non est dubium quin ei nocueris. 4. Non est dubium quin laudem meruisset. 5. Discipulum Latinam linguam docui. 6. Non est dubium quin (meo) magistro parere debeam. 7. Nullus dies est quin concionem habeat. 8. Eum comitis mortem celavi ne fieret. 9. Non debes nocere ei qui tibi nocuit (*or* nocuerit). 10. Pueri vires exercent ut bonam valetudinem habeant.



C.—1. Non dubito quin hostes sibi nocituri sint. 2. Milites cladem ducem celabant ne sibi noceret. 3. Pueros monui ut vires (suas) exercerent. 4. Mei amici hoc me celaverunt (*or* celabant) ne mihi displicerent. 5. Nullus dies erat quin exemplum justitiae praeberes. 6. Non est dubium quin puero nocituri essent. 7. Non est dubium quin milites monuisset ut duci parerent. 8. Pueros multas linguas docui ut exemplum doctrinae praebeant. 9. Exspectatio mali nos monet ut legibus pareamus. 10. Legibus patriae paruerant, ne civibus (suis) nocerent.

### Exercise XXVII.

A.—1. ~~Haec vos~~ pinxistis, (et) nos emimus. 2. Cicero admirabiles orationes scribebat. 3. Se vallo defenderant, et jam aciem instruebant. 4. Simulac viam straverint, nostra itinera facilia erunt. 5. Liberales artes disce (discite); ne eas contemne (contemnite). 6. Corpus in urbem traxit et pallio suo texit. 7. Pecuniam solverant et reum liberaverant. 8. Liberales artes excolito (*or* excole); ita beatus eris. 9. Nos urbem defendemus, ille exercitum ducito. 10. In multis terris imperator vias straverat.

B.—1. Apelles plurimas tabulas (pictas) pingebat. 2. Senatus Romanus triumphum Africano decrevit. 3. Cornelia, filia Scipionis Africani, Sempronio nupsit. 4. Sempronius Gracchus Corneliam, filiam Africani, duxit. 5. Romani Hannibali bellum indicent. 6. Semina in agros spargemus. 7. Duc istum captivum in carcerem. 8. Ne liberales artes contemne (-ite); multa disce, pauca scribe. 9. Caesaris Commentarios legimus; nunc Ciceronis orationes legemus. 10. Camillus triumphans multos captivos in urbem Romam ducit.

C.—1. Mulieribus et liberis parcamus. 2. Non est dubium quin nostra vitia corrigere debeamus. 3. Curabo ut insidias detegam. 4. Cura(-te) ne semina sceleris spargas (-atis). 5. Curabant ut praestantissimas (*or* optimas) orationes legerent. 6. Non dubitat quin Romanis bellum indixissent. 7. Insidias cavebo, et alios monebo ut vigilent. 8. Hostes insidias paraverant et collem cingebant comites defensuri. 9. Non est dubium quin pecuniam solverit et te deserturus sit. 10. Cavete ne spem ducis minuatis.

D.—1. Curabunt ut plebs cum patribus in Romana republica coalescat (-cant). 2. Milites vix flumen ponte junxerant et viam straverant quum imperator iis imperavit ut locum desererent. 3. Nunquam dubium erat quin consules frumentum emissent. 4. Difficillimum est e manibus hostium evadere. 5. Non est dubium quin copiae imperatoris insidias cincturae essent. 6. Ille me monebat ut orationes Ciceronis legerem. 7. Curabunt ut discipuli Latinam linguam legere et scribere discant. 8. Non erat dubium quin consules conjurationem detexissent, et aciem instructuri essent. 9. Eum monui ne librum emeret; nunc pecuniam solvere non potest. 10. Insidias parabo ut hostes discant nos cavere.

### Exercise XXVIII.

A.—1. Labores tuos fini(v)isti, et nunc dormies. 2. Castra non muniemus; exercitus ea custodiet. 3. Cornelia filios bene erudi(v)erat. 4. Milites se in insidiis impedi(v)erunt; duci (suo) non obediverunt. 5. Pluvia agros (terram) molli(v)erat et variis floribus eos (*or* eam) vesti(v)erat. 6. Ne dormite (-itote *or* dormiatis), pueri, labores vestros non fini(v)istis. 7. Carmina Horatii nesciebam; nunc ea bene scio. 8. Mihi, pueri, obeditote. 9. Exsul in patriam properaverat, et iram inimicorum molliverat. 10. Huc veniebam, sed me stultitia mea impedi(v)eram.

B.—1. Non dubito quin multos captivos vinxerint. 2. Mone(-te) pueros ut magistris obediant. 3. Me monebant ne in illa domo dormirem. 4. Scire melius est quam audi(v)isse. 5. Dormientem custodiamus; mortuum sepeliamus. 6. Nunquam dubitavi quin ille dolorem morte finiturus esset. 7. Esurientem nutriamus. 8. Mihi obediverunt (*or* obediebant) ne eos punirem. 9. Philosophiam doctorum Graecorum nesciebamus, tu (vos) autem nos monuisti (-tis) ut eam disceremus. 10. Non est dubium quin imperator corpora sepeli(v)isset.

C.—1. Quum pluvia agros molliverit, Natura eos floribus vestiet. 2. Officium liberorum omnium est parentibus obedire. 3. Ego ipse veniam ut iram tuam (vestram)

molliam. 4. Nemo dubitare potest quin milites castra fossis et vallis munituri essent. 5. Filii obedientes voluptatem parentibus dant (*or* praebent). 6. Non est dubium quin officium puerorum sit erudientibus obedire. 7. Obeditote legibus urbem custodientium. 8. Lictores Romani fasces portant ut consules improbos puniant. 9. Ne discipulos obedientes punite. 10. Esurientes cibo nutritote.

### Third General Exercise.

1. Quis dubitare potest quin septingenti homines centum superare debeant? 2. Bina castra vallo et fossa muni(v)erant et flumen ponte jungebant. 3. Alter dormiat, alter custodiat. 4. Non est dubium quin bellum Alexandro indicturi essent. 5. Pueros puni(v)i, qui non mihi obedi(v)erant; eos autem laudavi qui mihi placuerant. 6. Homines vitium celare facillimum est. 7. Cavete ne hostes e manibus nostris evadant; insidias iis paremus. 8. Tabulae pictae Apellis pulcherrimae sunt; dies fere nullus erat quin ventitarem. 9. Viri uxores ducunt; mulieres viris nubunt. 10. Bis Senatus triumphum consuli decreverat; adulatio autem ei displicuerat.

### Exercise XXIX.

A.—1. Homines a Deo amantur. 2. Vos, pueri, a magistro (vestro) emendati estis. 3. Virtus ab omnibus laudator (*or* laudetur). 4. Quum mores mutati erunt, leges libertatem majorem dabunt. 5. Hostis (-es) fuga(n)tor, urbs servator. 6. Omnibus civibus magna voce nuntiabatur. 7. A sicario gladio graviter vulneratus es (*or* -ati estis). 8. Aedificia et templa urbis Corinthi divitiis spoliata erant. 9. Omnia vitia a pueris vitantor (*or* vitentur). 10. Servati sumus a Deo, qui omnia creavit.

B.—1. Non est dubium quin puer bene educatus parentibus (suis) voluptatem det (*or* parentibus placeat). 2. Milites postulaverunt ut signum ab imperatore daretur. 3. Morte liberari jucundissimum est. 4. Filius postulavit ut pater (suus) aere alieno liberaretur. 5. Dubitari non potest quin istius aes alienum usura cumulatum sit. 6. Molesti labores militum magna gloria compensantor. 7. Curabimus ut nomina majorum culpa liberentur. 8. Melius est mea conscientia laudari quam aliis placuisse. 9. Non erat dubium quin Caesar in Italiam revocatus esset ut culpa liberaretur. 10. Fortis miles ab omnibus laudetur (*or* laudator); ne ignavus culpa liberetur.

### Exercise XXX.

A.—1. Calamitate aliena admoniti eramus ne fidem verbis ejus haberemus. 2. Saepe a te admonebar, non autem tibi fidem habebam. 3. Iste filius in plurimis artibus exercebitur. 4. Hostis ab oppidis prohibetor; milites ab imperatore admonentor ut fortiter pugnent (*or* dimicent). 5. Ego et tu subitis periculis non movebimur. 6. Milites, temeritas ista coercetor. 7. Imperator in castris diu mansit ut exercitus exerceatur. 8. Illi improbi infamiae metu non sua conscientia coerciti erant. 9. Periculum a civitate prohibebatur; omnes autem subito adventu Caesaris moti erant. 10. Arx ab hostibus deleta est; tota urbs metu mota est.

B.—1. Est sapientis aliena calamitate (ad-)moneri. 2. Nemo dubitavit quin plurimae urbes a militibus Caesaris deletae essent. 3. Imperator curabit ut praemia omnibus (suis) militibus praebeantur. 4. Non erat dubium quin a me admonitus esset ut petulantiam coerceret. 5. Si legibus paruit (*or* paruerit), ne a judice terreatur. 6. Nullus dies erat quin ab amicis admonitus esset ut iram coerceret. 7. Imperator concionem advocavit ne milites terrerentur. 8. Monere; laudem meruisse est melius quam praemium non meritum habuisse. 9. Non est dubium quin gavisi sint quod auxilium iis praebuistis. 10. Omnes admonentor ut legibus pareant; qui non legibus paruerunt, ii meritam poenam habeant.

### Exercise XXXI.

A.—1. Diligebamini ab omnibus vestris amicis. 2. Milites victi nonnunquam affliguntur. 3. Preces improborum a judice spernentur (contemnentur). 4. Viae plurimae in Italia stratae sunt. 5. Agri nonnunquam a servis coluntur. 6. Si cupiditates a nobis victae erunt (*or* fuerint), bene vivemus. 7. Coloniae multae in



omnes partes orbis terrarum a Romanis deducebantur. 8. Ne urbs Roma ab ignavis defendatur (*or* defenditor). 9. Recta ratione regimini, ita cupiditates vestrae facile vincentur. 10. Urbs tota fere incendio consumpta est.

B.—1. Non est dubium quin crimen conjurationis fictum sit ut bellum indiceretur. 2. Imperator imperavit ut viae sternerentur et flumen ponte jungeretur. 3. Multae epistolae a me scriptae sunt ne crimine ficto affligereris (*or* affligeremini). 4. A malis (ab improbis) contemni (*or* sperni) non turpe est; jucundum autem (est) a bonis diligi. 5. Cavete ne ab amicis deseramini; studete ratione regi. 6. Curavit ut multae coloniae in Galliam deducerentur. 7. Consul curat ut census diligentissime agatur (*or* habeatur). 8. Captivi, calamitate afflicti, milites multis precibus orant ut vincula (sua) solvantur. 9. Non erat dubium quin hae tabulae (pictae) a claro artifice pictae essent. 10. Non dubitari potest quin coloniae saepe deductae sint ut incolae victi a victoribus coerceantur.

C.—1. Curabimus ne gladios in victos hostes stringamus. 2. Vos, ignavi, gladios (vestros) sanguine puerorum vix adultorum tinxistis. 3. Arbores cultas ceciderunt ut aedificia oppidi defendantur. 4. Civitas jurgiis civium divulsa est; leges eversae sunt. 5. Homines foedus ruperunt et mendacia finxerunt ut se defenderent. 6. Cavete ne gladii militum sanguine virginum tingantur. 7. Saxa motu terrae divulsa sunt et omnes territi domus (suas) deseruerunt. 8. Homines qui me fefellerunt ipsi falsi sunt. 9. Arbores a praedonibus caesae a militibus cinctae sunt. 10. Strictus gladius sanguine victi hostis tinctus est.

### Exercise XXXII.

A.—1. Haec a doctis (ab eruditis) hominibus comperta sunt. 2. Improbi puniuntor; legibus obediunto. 3. Illa sepulcra vepribus sepientur et tegentur (*or* vestientur). 4. Aerarium diu exhaustum erat. 5. Omnia oppida muniebantur et a militibus custodiebantur. 6. Haec moribus antiquis sancta sunt. 7. A te audiamur; ita ira tua mollietur. 8. Ne probi homines vinciuntor (*or* vinciantur). 9. Urbs munitionibus septa (*or* cincta) est; custodes autem dormiebant. 10. Simulac sententia judicis comperta fuerit (*or* erit), reus punietur.

B.—1. Postulavit ut captivi etiam dormientes custodirentur. 2. Corpora sepulta mortuorum in urbe munita reperta sunt. 3. Non est dubium quin pecunia ex aerario magnis sumptibus belli diu exhausta sit. 4. Omnes legibus a senatu sanctis obediamus; qui non obediverunt, ii puniuntor. 5. Non erat dubium quin consilia hostium a vinctis captivis comperta essent. 6. Pauperes a divitibus vestiuntor, (et) esurientes nutriuntor. 7. Sepulcra vepribus septa ossa militum sepultorum celabant. 8. Curabimus ut (vos) labore exhausti diligenter nutriamini. 9. Non est dubium quin crura animalium cassibus impedita essent. 10. Fauces muniebantur ne incolae vallium a copiis hostium subito oppugnarentur.

### Fourth General Exercise.

1. Legatus populi Romani vinculis vinctus, a militibus caesus, veneno necatus est. 2. Tu te ipsum tuis fictis impedies; cave ne cupiditatibus tuis victus cadas. 3. Vici et vinxi eum proditorem turpissimum qui morte bene merita punietur. 4. Coloniae in omnes fere regiones orbis terrarum a Romanis deductae sunt. 5. Simulac viae stratae fuerint fluviique pontibus juncti (fuerint), bellum vobis indicetur. 6. Non est dubium quin tabulae pictae Apellis ab artificibus bene eruditis renovatae sint. 7. Horis nocturnis imperator aciem subito instruxit ut fauces ab hoste (-ibus) custoditae occuparentur. 8. Calamitatem te celaveramus ne ab ea affligereris. 9. Gladius strictus e manu caesi cecidit; manus sicarii sanguine ejus tinctae sunt. 10. Nullus dies erat quin me fefellisset; foedera ab eo saepissime rupta erant.

### Exercise XXXIII.

A.—1. Postulavit ut proditor securi percuteretur. 2. Hoc facis ut hastam jacias. 3. Semper melius est bona (*or* bonas res) cupere quam despicere. 4. Fugere incipiam

ut hostes pelliciam. 5. Tu me despiciebas; nunc omnes te despiciunt. 6. Ne fugito (ne fugiat); fugere turpe est. 7. Omnia rapiebantur, omnes territi fugiebant. 8. Carmina ejus Horatium sapiebant. 9. Si sapis, O puer; matri tuae obedies. 10. Quum miles hastam jecerit, fugiet.

B.—1. Sapere cupiamus; ita sapiemus. 2. Dux nautis imperavit ut naves reficerent. 3. Non est dubium quin aurum cupitum effoderimus. 4. Ne virum securi percutias; eum ex morte eripiamus. 5. Nemo dubitabat quin tu adolescentes (juvenes) adulatione pellexisses. 6. Ex periculo eripi dulce est; alios ex periculo eripere est dulcius. 7. Praedones nostra bona rapuerant, a custodibus autem capti erant. 8. Militum virtus refecta est; fugientes revocati sunt. 9. Aurum et argentum effodiuntur ut homines ex paupertate eripiantur. 10. Bona cupiuntor, mala despiciuntor.

### Exercise XXXIV.

1. Homines in multis regionibus nonnunquam vagantur ut mores incolarum contemplentur. 2. Parentes (mei) me hortabantur ut difficultates superarem. 3. Te moneo (*or* admoneo) ne doctrinam asperneris. 4. Ne saucius hoc facere conetur; ne debiles fortes aemulantor. 5. Instituta majorum (vestrorum) admiramini; leges patriae veneramini. 6. Dux militibus suis imperavit ut urbem expugnare conarentur. 7. Lupos in agris vagantes venabimur. 8. Jucundum est in silvis aestate vagari. 9. Quum difficultates (tuas) superare strenue conatus eris, tum demum te laudabo. 10. Non est dubium quin omne auxilium aspernati essent et de sua potentia gloriati essent.

### Exercise XXXV.

1. Ea quae oculis intuemur nobis omnibus *voluptatem dant* (*or* placent). 2. Is, cujus miseritus es, me decepit (*or* fefellit). 3. Tua praeterita beneficia (nos) semper recordabimur. 4. Conati estis his incommodis mederi. 5. Te (vos) semper verebor (*or* venerabor) et imitari conabor. 6. Facinus confessus est ut liberorum misererer. 7. Liberos suos Deus tuetur, tuitus est et semper tuebitur. 8. Desperatio aegroti me admonet ut ejus miserear. 9. Quum haec intuiti erimus iis mederi conabimur. 10. Plurimi multa pollicentur quae non perficiunt.

### Exercise XXXVI.

A.—1. Ille non solum injuriarum recentium non obliviscitur sed veterum etiam reminiscitur. 2. Antiquis temporibus majores nostri regum officia exsequebantur et muneribus fungebantur. 3. Duram paupertatem patĕris (patimini), non autem querĕris (querimini). 4. Injurias injuriis non ulcisci debemus. 5. Injurias quas passus es nemo recordari potest. 6. Non est dubium quin milites hastis eminus, gladiis comminus uterentur. 7. Munus, quo fungebaris, non leve erat. 8. Injurias, quarum omnes reminiscimur, ego ulciscar. 9. (Ille) non potest injuriarum oblivisci quas passus est. 10. Ne praeteritarum injuriarum reminiscamur, neve nostram virtutem gloriemur.

B.—1. Non est dubium quin summam gloriam adepti sitis et maximo honore fructi (*or* fruiti) sitis. 2. Puerum adhortabor ne injurias aliorum nimis queratur, neve ipse eas ulciscatur. 3. Medicus non dubitabat quin aegrotus moriturus esset. 4. Otium nactus recordatione laborum praeteritorum fruar. 5. Tarentini multa bella gerebant, ducibus autem peregrinis utebantur. 6. Te rogo ne in Italiam proficiscaris, neve illum (virum) sequaris. 7. Aedificia plurima deflagraverunt nocte ipsa qua milites profecti sunt. 8. Nos facile reminiscemur earum rerum quarum vos obliti estis. 9. Ii (viri), quorum miser(i)ti sumus, mox ipsi morientur. 10. Tutius est hastis eminus dimicare quam gladiis comminus uti.

C.—1. Caesar, quum in urbem venisset, munere consulis functus est. 2. Quum servi libertatem adipisci conarentur, incolae multa incommoda passi sunt. 3. Quum oppidum deflagra(vi)sset, dux militibus imperavit ut reverterentur. 4. Orgetorix progredi frustra conatus est. 5. Gladiatores quum Caesarem saluta(vi)ssent, iter per portas fecerunt. 6. Ducem magna voce allocuti sunt; Ave, imperator! 7. Non est dubium quin libertatem suam sine tuo auxilio adepturi sint. 8. Eos vehementer adhortatus est ne sine militibus progrederentur. 9. Tempore anni difficillimo iter faciebant, et multos dolores patiebantur. 10. Obsides quum libertatem recuperassent in Macedoniam profecti sunt.



### Exercise XXXVII.

A.—1. Melius est injurias pati quam mentiri. 2. Nemini blandiar, semper vera loquar. 3. Non est dubium quin consules provincias sortirentur. 4. Caesar populum in forum convocavit ut animis eorum blandiretur. 5. Lusitani castris hostium potiti (sunt et) ingentem praedam inter se(se) partiti sunt. 6. Consules provincias inter se partiti tempora (sua) opperti sunt. 7. Experientia nos monuerat ne te opperiremur. 8. Haec te celavit ut divitiis tuis potiretur. 9. Ii quum hostem vicissent praedam inter se partiti sunt. 10. Consules, quum forum intra(vi)ssent, de his rebus disputare orsi sunt.

B.—1. Quum bellum civile in Italia orsum esset, duces tempora sua opperti sunt. 2. Duces quum frumentum militibus mensi essent eos proficisci jusserunt. 3. Aliis divitias largitur, aliis verbis blanditur. 4. Ad muros accedere conati sunt ut urbe potirentur (*or* poterentur). 5. Quum urbe potiti essent praedam inter se partiti sunt. 6. Quum castra cepissent (*or* castris potiti essent) imperator milites adhortatus est ut inermium misererentur. 7. Eos oravi ne viribus (suis) abuterentur. 8. Ego quum captivos vinxissem milites jussi inter se praedam partiri. 9. Antiquis temporibus imperatores Romani veteranis militibus maxima praemia largiebantur. 10. Quum consules provincias sortiti essent, alter in Hispaniam, alter in Macedoniam profectus est.

### Fifth General Exercise.

1. Haec glorians dixit; victis hostibus peperci, vincula vinctorum solvi, nemini nocui, omnium miser(i)tus sum. 2. Boni (homines) miseros hortabuntur, debiles tuebuntur, injuriarum obliviscentur, nemini blandientur. 3. Eos admonuit ne proelium committerent. 4. Mors nullis parcit; omnes et minimi (natu) et maximi (natu) morti obediunt. 5. Hi duo duces ei legioni castrisque praeerant; ducenos equites habebant. 6. Hos optimos (homines praestantissimos) aemulabor qui patriae profuerunt. 7. Caesar, quum tria millia quingentos sex Gallos cepisset, ducem securi percussit et milites vinculis vinxit. 8. Ille, in castris a duce relictus, suos (viros) adhortatur ne munitiones deserant. 9. Non est dubium quin montes iter impedirent tempore anni durissimo (*or* difficillimo). 10. Caesar equitatum e castris educi jussit ut proelium committeret.

### Exercise XXXVIII.

1. Virtus semper eos ornat penes quos est. 2. Quamobrem hostes Syracusas versus contra exspectationem civium iter fecerunt. 3. Circa se trecentos juvenes inermes habebat. 4. Hae res difficillimae penes magistratus sunt. 5. Quis dubitare potest quin id secundum leges patriae fecerint? 6. Praedones morati sunt intra paludes et fauces quae circum lacus Cisalpinos jacent. 7. Castra sita sunt prope flumen quod est citra montem. 8. Propter amicitiam vestram erga nos, (nostri) inimici nos in carcerem traxerunt. 9. Quamobrem gladium stringamus captivosque ad unum caedamus. 10. Ille Imperator apud ripas hujus fluminis appellatus est.

### Exercise XXXIX.

1. Dux cum magno exercitu per has regiones iter fecit et omnes urbes montibus tenus vicit. 2. Urbs Corinthus in angustis faucibus Graeciae sita est. 3. Exercitum duxit ab ipsis radicibus montis in fecundos agros Hispaniae. 4. Sine ulla dubitatione facem de arce in forum jecit. 5. Prae ceteris est paucis vitiis praeditus. 6. Quum haec et pro lege et contra legem dicta essent, judex eos sententiam (-as) rogavit. 7. Legatus coram omnibus civibus locutus est. 8. His capitibus pro poculis in epulis utebantur. 9. Ex Hispania trans plurima flumina cum magno exercitu venisti. 10. Quamobrem sine ulla dubitatione haec coram te pro salute omnium dicam.

### Exercise XL.

1. Imperator in tabernaculo suo sub meridiem dormiebat. 2. Vespere legatus in suam urbem reversus est. 3. In iis urbibus homines se potestati magistratuum subjiciebant. 4. Caesar victos hostes sub jugum mittit. 5. In castris cum toto exercitu diu moratus, sub noctem clam sub muros urbis iter fecit. 6. Quum urbs capta esset, Caesar totum exercitum sub jugum misit. 7. Homines vincti in carcere jacebant ob conjurationem. 8. (Eorum) alter milites (*or* suos) sub muros urbis munitae ducebat, alter agros vastabat. 9. Cicero cum exercitu in provinciam a Senatu missus est. 10. Hostes fugati super planitiem fugiunt.

### Exercise XLI.

A.—1. Accipitres celerius quam columbae volant. 2. Opus optime incipiunt. 3. Hoc diligentissime faciamus ut (quo *is better with a comp.*) parentibus (nostris) magis placeamus. 4. Id (illud) in rebus humanis saepissime evenit. 5. Feriae pueris maxime placent; eas semper bene mereant. 6. Tu carmina male legisti, frater (tuus) pejus legit, ceteri autem pessime legerunt. 7. Haec infeliciter evenerunt. 8. Saluberrima (*or* res saluberrimae) nobis nonnunquam minime placent, maxime prosunt. 9. Pueri hos versus callidissime sed negligentissime dixerunt. 10. Homines dextra saepius quam sinistra utuntur.

B.—1. Aestate sol a terra longissime abest. 2. Milites negligentius progressi (*or* quum negligentius progressi essent) in insidias inciderunt. 3. Quo magis gloriaris eo magis homines te contemnent. 4. Milites quam fortissime pugnaverunt. 5. Aestate radii solis in terram obliquius incidunt. 6. Ne longius progrediamur; ne celerius proficiscamur. 7. Consul copias quam celerrime contraxit. 8. Cavete ne haec saepius dicatis. 9. Equitatus ad muros propius accedebant, et negligentius progrediebantur. 10. Ne acerbius loquamur; ne quid injuste faciamus.

### Sixth General Exercise.

1. Apud Thermopylas trecenti Lacedaemonii et quinque millia Graecorum ex aliis civitatibus fortissime cum Persis pugnaverunt. 2. Iis imperavit ut praeter se denos in concionem convocarent. 3. Quod semen est minus quam glans? quae arbor est major quam quercus? 4. Quum agros quam latissime vasta(vi)sset, in castra cum multo honore celerrime reversus est. 5. Eum oravit ut victis hostibus parceret, neve priorum injuriarum reminisceretur. 6. Liberos (tuos) semper bene docuisti, et eos hortatus es ut caveant ne a bonis contemnantur. 7. Filius natu maximus filiam natu minimam duxit; filia natu maxima filio natu minimo nupsit. 8. Aves nidos homines celant ne ova capiantur (*or* rapiantur). 9. Stultitia harum rerum eo major est quo poena severior (est). 10. (Illi) acerbius querebantur de iis ipsis quos tu (vos) laudavisti(s).

### Exercise XLII.

1. Facere poteramus multa quae nunc facere non possumus. 2. Omnibus (hominibus) placere nunquam poteritis. 3. Propter vim tempestatis naves reficere non potuerant. 4. Multis verbis suos (ad)hortatus est, ut hostes prohibere possent. 5. Montem vix ascendere potuerant. 6. Inimicos posse reconciliare jucundissimum est. 7. Vix dubitare possumus quin illud carmen ediscere possent. 8. Vallum scalis ascendere potuerunt (poterant). 9. Sub idem tempus nos urbem expugnare potuerimus. 10. Multi potuerunt, et alii poterunt facere ea quae vos nunc facere potestis.

### Exercise XLIII.

A.—1. Nonnulli mori quam mentiri malunt. 2. Alius dormire vult, alius vigilare quam dormire mavult. 3. Si tu (vos) mihi credere non vis (vultis); urbem relinquere malo quam tecum (vobiscum) manere. 4. Nos te decipere nolebamus (*or* noluimus). 5. Tu aliis obedire semper voluisti; nunc alii tibi obedire volent. 6. Simulac experrecti sumus, visa credere noluimus. 7. Plato vera sentire volebat. 8. Ei credere noli (nolite), te (vos) decipere vult. 9. Eum oravi ut mihi credere vellet. 10. Vera sentire malumus quam errare.

B.—1. Omnes injuriam pati malle debemus quam (eam) facere. 2. Nos volumus ea quae tu non vis, (et) tu vis ea quae pater (tuus) non vult. 3. Est omnium officium vera investigare velle. 4. Meus pater me saepe orabat ut eum comitari vellem. 5. Vera sentire semper velim. 6. Non est dubium quin boni cives patriae prodesse quam obesse semper maluerint. 7. Nolitote adulationi nimis indulgere. 8. Nos pueri non eadem volebamus quae senes volumus. 9. Parentibus placere quam displicere semper malimus. 10. Non est dubium quin nonnulli lacte et caseo quam carne vesci mallent.



### Exercise XLIV.

A.—1. Non est dubium quin consuetudo nos multas aerumnas patienter ferre doceat. 2. Hostium equitatus, numero fretus, auxilium peditatui tulit. 3. Hanc legem ad populum tulerat. 4. Liberi nostri ablati sunt. 5. Quis dubitat quin indices haec omnia consulibus deferrent? 6. Ingenio nostro freti, hanc legem (nos) ipsi feremus. 7. Non est dubium quin omnes agri non fruges ferant. 8. Dubitari non potest quin aerumnas (suas) patientissime (per)tulissent. 9. Omnibus petentibus auxilium feramus. 10. Bello pacem semper praetuli.

B.—1. Galli memoria illius cladis territi, impetum clamoresque Romanorum non tulerunt. 2. Nihil in crastinum diem differre debemus. 3. Milites, pugnae itinerisque labore fracti, rem in posterum diem distulerunt. 4. Non est dubium quin maxima praemia indicibus delata essent. 5. Non dubitare possumus quin res dilata sit. 6. Senatus imperatori (duci) imperavit ne ei civitati bellum inferret. 7. Sicarii prudentia fretus, pecuniam de aerario abstulerat. 8. Non est dubium quin haec deis (diis *or* dis) offerrentur. 9. Hi nos orant ut sibi auxilium feramus. 10. Quum civitati auxilium latum fuerit, aliis terris bellum inferetur.

### Exercise XLV.

1. Haec nunc omnia silentio praetereamus. 2. De re disputavit, nullam partem orationis totius praeteriens. 3. Statuisti transire in insulam Britanniam quae patria libertatis appellatur. 4. Ii qui urbem inierunt redire non possunt. 5. Eos oravit ne has contumelias praeterirent. 6. Non est dubium quin periissent e castris redeuntes. 7. Quum ad consulem ad(i)issemus, omnes eum oravimus ne urbem iniret. 8. Redituri abierunt, redeuntes omnes interierunt (perierunt). 9. Multas contumelias subibant ut in patriam redirent. 10. Quum agros severint castra inibunt (*or* in castra ibunt).

### Exercise XLVI.

1. Omnes digni majoribus (suis) fieri debent. 2. Tu patre dignus fieri potes, et fies. 3. Te oravimus ut noster amicus fieres (*or* fieri velles); (amicus) factus es. 4. Facta non infecta fient; haec mala aequo animo feramus. 5. Hoc quum feceritis, amicitia digni fietis. 6. Non est dubium quin haec consilio non casu facta sint. 7. Modo laetus, modo tristis fiebas. 8. Ne noxios adjuvemus; ita socii culpae fiemus. 9. Non dubitavimus quin eruptio fieri posset. 10. Haec facta recordabimini quum majoribus vestris digniores facti eritis.

### Exercise XLVII.

1. Illi sibi fidentes auxilium orare non solent. 2. Haec coram meo genero dicere ausi sunt. 3. Ego gavisus sum quod tu (tuum) jusjurandum conservare ausus eras. 4. (Illi *or* ii) gaudere incipiunt quod nos gaudemus. 5. Dubitari non potest quin magistratuum officium sit in leges jurare. 6. Non est dubium quin magistratus in leges jurati essent. 7. Homines quum coenati essent vinum bibere solebant. 8. Nos nobis ipsis fidentes amicos (nostros) adjuvare ausuri sumus. 9. Ne in illas leges jurare audete (*or* audeatis), jusjurandum (vestrum) conservare non poteritis. 10. (Tu) tibi (ipsi) fidere debes; oro te ut haec facere audeas.

EXERCISE XLVIII.

1. Miseros et infelices saepe vitae taedet. 2. Minime decet imperatorem consilio suorum (militum) niti. 3. Deum nunquam poenituit primi consilii. 4. Nos piguit (pigitum est) puduitque avaritiae illorum. 5. Eos qui id fecere (*or* fecerunt) neque puduit neque taeduit stultitiae suae. 6. Nos oportuit pro (nostra) patria bellum gerere. 7. Eum lauda et imitare quem non pudet(eat) pro patria mori. 8. Taedet me eadem millies audire. 9. Non est dubium quin aestate etiam nonnunquam ningat et grandinet. 10. Haec fecimus non quia nobis licuit sed quia nos ea facere oportuit.

SEVENTH GENERAL EXERCISE.

1. Ea quae recta sunt et honesta coram omnibus dici possunt. 2. Tyrannus neque alios diligere nec ipse ab ullis diligi solet. 3. Magna pars Romanorum ea nocte in castris hostium mansit, ceteros consul in sua castra redire jussit. 4. Nihil unquam factum est neque fiet, neque fieri potest sine Dei voluntate. 5. Duodetriginta millia hostium caesa (*or* caesi) sunt, capta sunt tria millia quadringenti duodeoctoginta; ex victoribus mille quingenti undenonaginta ceciderunt. 6. Helvetii novas sedes quaesituri statuerunt transire flumen quod Helvetiam a Gallia dividit. 7. Eandem orationem exorsus est qua in Italia aestate anni ejusdem usus erat. 8. Non dubitari potest quin rex curaret ut auxilium illis (*or* iis) miserrimis quam celerrime ferretur. 9. Magistratus sibi fidentes legem ferre ausi sunt ne cui liceret urbe exire. 10. Oro te ne (te) pudeat his inopibus civibus subvenire.

LONDON: PRINTED BY WILLIAM CLOWES AND SONS, LIMITED, STAMFORD STREET AND CHARING CROSS.

3

# KEY

TO

## DR. WM. SMITH'S

# PRINCIPIA LATINA, PART II.

*This Key is entrusted confidentially to*

..................................................

..................................................

*being intended for Schoolmasters, Tutors, and Instructors only.*

LONDON:
JOHN MURRAY, ALBEMARLE STREET.
1884.

*Price 2s. 6d.*